

inhonestâ Venere abstinendum est omnino. Honestam verò, qualis est conjugialis, quæ limitibus necessitatis & generationis circumscribitur, non solum non fugiendam, verùm etiam amplectendam esse, recta ratio & sacra Scriptura monent. Legitimus autem Venneris usus est, 1. in speci conservatione, 2. in fœdorum libidinum propulsione, 3. in morborum, qui ex retento semine oboriuntur, profligatione. Pro exemplo nimirū abstinentiæ à Venere, à Theodoro Zwingero adfertur Origenes, qui sub Decianâ persecutione ad aram ductus, ut aut diis sacrificaret, aut ab Æthiope turpissimo, qui astabat, stuprum pateretur, maluit thus igni injicere quam castitatem perdere. Ea propter ab Alexandrinâ Ecclesiâ excommunicatus, in Iudæam abiit, & illic in summa paupertate obiit. Hoc exemplum utrum satis sit accommodatum, alii jūdcent, mihi secus videtur. Pro coronide quæro: Quæ differentia sit inter castitatem & continentiam? Respon. Castitas est sine luctâ rationis & appetitus: Continen-  
tia verò semper habet conjunctam illam luctam; unde imperfecta virtus, & à Piccolomino semi. virtus appellatur, græcis ἔγκλησια.

γενογένετογενογεنογεнοген

*legitimus uero  
venere, gratia  
gratior*

*Exemplum  
Abstinentie*

*Q.*

### Cap. IX. De Autarcia.

**S**ic fuit Virtus moralis, quæ moderatur appetitum vegetativum: sequitur ea, quæ moderatur appetitum sensitivum, & quidem eum, qui est πάθητος, id est, secundùm affectum.

2 Moderatur autem affectum vel gratiorem, vel minus gratum.

3 Gratiorem, ut qui est vel desiderii, vel lætitiae.